



CENTURIA

~~XXX~~  
427

POSITIONVM  
CONTROVERSARUM

14

EX DIGESTIS ET CONSVETVDINI-  
BUS FEUDALIBUS DE PROM-  
tarum

1624, 3.

*Quam*

DEO TEROPTIMO  
MAXIMO PRÆSIDE

*Ex singulari Indultu & Autoritate Nobilissimi & Amplissimi  
ICtorum Ordinis in celeberrima Argentoratensium  
Academia*

Publice & solenniter propugnandam  
suscipiet

*In Auditorio majori, d. II. Martij,*

*Horis antemeridianis: Continuandam itidem  
publicè horis pomeridianis,*

BALTHASAR BRVNNE  
Nob. March.



Excudebat PAULUS LEDERTZ,  
M. D.C. XXIV.

PROPOSITIONVM  
CONTRORSARVM  
EX DIGESTIS ET CONSILIIJ

DEO TEROPTIMO  
MAXIMO

Publico & Iohanne

PAULUS AB

Probandi  
M DC XXIV



428.

## POSITIO I.

**C**ommunis opinio summam habet auctoritatem in praxi, eaq; observanda est, nisi erroris convincatur: tunc enim veritas opinioni falsa merito praefertur.

2. Ad legitimationem per subsequens matrimonium nec de jure civili dotalia instrumenta requiruntur.

3. Jurisdictio simplex & mixtum imperium revera & essentialiter sunt distincta.

4. Exceptio feriarum prodest etiam ijs, qui ipsi in nundinis aut vindemijs occupati non sunt.

5. Si debitori meo reddiderim cautionem, videtur inter nos convenisse, ne peterem.

6. Beneficium l. 2. C. de rescind. vendit. in transactionibus locum non habet.

7. Advocato nec in bona causa ad decipiendum suum adversarium fallacis uti licet.

8. Procurator ad certam litem datus non tantum appellare, sed etiam interpositam appellationem prosequi tenetur.

9. Minor qui complexit 17. & attigit 18. annum potest esse procurator ad litem. (benda est.)

10. Emancipatio hodie etiam pro capitis deminutione habet effectum.

11. Negotiorum gestor tenetur etiam de culpa, levissima.

12. Litis contestatio non nisi permutuam contradictionem fieri potest.

13. Judex etiam ordinarius recusari potest.

14. Fratrum filij succedunt patruo per querelam inofficiosi intestato facto.

15. Hereditatis petitionem olim etiam pro *b. f.* iudicio habitam fuisse verius videtur.

16. Distinctio dominij in directum & utile, ut vulgo accipitur, falsa est.

17. *B. F.* possessor tam industriales quam naturales fructus extantes restituere cogitur.

18. Jus reale, quod in utero fruendo, & ita quasi extra personam consistit, ad alium sub appellatione ususfructus transferri potest.

19. Ad servitutum præscriptionem titulus nõ requiritur, sed opus est patientia vel scientia domini, quæ vicem tituli subit.
20. *Edes pro salute totius vicinix ditutas communibus impensis reficiendas esse, æquissimum videtur.* (personales)
21. Dantur quoque actiones mixtæ partim reales partim
22. Si quis in confinio occisus reperiatur, ad utrumq; cognitionem pertinere verius videtur.
23. Filiusfamilias Scto Macedoniano renüciare nequit.
24. Obligatio cautio vel promissio de servando pacta sub clausula, loco juramenti, item sub interpositione fidei: Ich will alles halten was ich zugesagt hab / an eydes statt / bey meinen Ehm / wülden vnd wahren Worten vnd glauben / vim juramenti non habet, nec æquiparatur juramento verè & corporaliter præstito.
25. Juramentum de non vindicanda vel incarceratione vel tortura indebitè facta de vindicta tantum privata & extrajudiciali, nõ verò de publica, quæ fit mediante via juris, intelligenda est.
26. Mulier Scto Velleiano efficaciter renüciare nequit.
27. Sequestrum necessarium non tantum, in pecunia numerata prohibutum est.
28. Mandatarius regulariter de culpa levisissima tenetur.
29. Sumtus studiorum à patre filio vel dos filix data societati omnium bonorum imputantur, (transit.
30. Vendita hereditate jus accrescendi ad emptorem non
31. In locatione operarum merces præcisè consistit in pecunia numerata. (non est.
32. Ad perfectionem emphyteuseos scripturâ necessaria
33. Juri reluendi pignoris, pacto de retrovendendo, ut & præstationibus annuis, præscribi potest.
34. Negativa quæ talis nunquam probatur.
35. Constituti in publico officio à speciali testium juramento non sunt imunes, ita ut juri jurando, quod in ingressu sui officij præsterunt, committi & relinqui possint. Wann ein Richter / Burgermeister / Rathherr / Schöppe od vnterthan seine aussage thut wolte bey dè Eyd / damit er dè Rathskul vnd seinè Herrn verwandt / solches ist nicht genug / vñ er ist damit nicht zuhören vnd zuzulassen.
36. Vulgata lectio l. 55. §. 1 ff. de R. N. cõtra Hottomannum & Cuiacium probabiliter defendi potest.
37. Statutum de lucro dotis in sponsa locum nõ habere in

puncto juris verius est.

38. Consuetudo multis in locis recepta, ut defunctorum parochorū viduæ vel filia relicta in parochijs maneat, & à successoribus in uxores ducantur, non desinitur omni ratione.

39. Proprius servus simpliciter, nullà libertatis mentione factà, tutor datus directam libertatem consequitur.

40. Filius familias deijs bonis, quorum ususfructus patri non acquiritur, testari nequit.

41. Testamentū tantum annulo signatorio signari potest.

42. Præter causas in *Nov. 115. c. 3.* ab Imperatore relatas etiam alia admitti possunt.

43. Pater substituto, si filius ejus institutus hereditatem repudiet, non præfertur.

44. Liberi in conditione, si sine liberis, positi ex testamento vocati non censentur. (habet)

45. Inter verbis tantum conjunctos jus accrescendi locum

46. Duplex deductio, quæ Canonibus in suis probatur, jure civili cognita non est.

47. Pater cum matre succedens præter portionem suam, quam integram & plenam consequitur, ususfructum quoque matri debitæ portionis retinet.

48. Ascendentes excludit fratres ex uno tantum latere defuncto conjunctos, licet hi illis sanguinis vinculo sint conjuncti.

49. Fratres cõsanguinei & uterini in omnibus bonis æqualiter succedunt.

50. Emphyteusis donari potest. (rum sit.)

51. Insula in flumine publico nata etiã quoad usum privato.

52. Mulier in repetitione dotis omnibus mariti creditoribus præfertur, etiam si expressam hypothecam anteriorem habeat. Non tamen præfertur ei, qui prius credidit in rem emendam vel reficiendam.

53. Et hoc privilegium etiam mulierum liberis competit.

54. Actionū forma generalis, quæ consistit in simplici jure petendi & persequendi apud Magistratum, est à jure gentium.

55. Actiones stricti juris, opposita doli mali exceptione, bonæ fidei non fiunt.

56. Exceptio spolij non potest obijci post litem contestatã.

A 3

57. Plu-

57. Pluribus exceptionibus uti nemo prohibetur, quamvis diversa sint.

58. Duo rei debendi adhuc in solidum tenentur. (tur.

59. In criminalibus quoq; fideiussor interdū rectē adhibe-

60. Fideiussor qui se obligavit tanquā debitorē principalem, als einen selbst Schuldener/ beneficiū excussionis nō amittit.

61. Post solutionem non potest petere fideiussor, ut sibi cedantur actiones, cū eas nullas amplius habeat creditor, utpote solutione factā extinctas.

62. Post destinatū tempus fideiussor non obligatur ex nova obligatione, vel, ut alij generalius expriment, in futurū. Obligatur verō firmiter respectu obligationis, pro qua intervenerat, vel, ut alij dicunt, in præteritum.

63. Prorogatione termini solutionis fideiussor non liberatur, si simpliciter sine temporis adjectione intercesserit, siue ad certum tempus fidem tantū interposuerit.

64. Inter l. si rem 31. §. si duorei i. ff. de novation. & l. si unus 27. in princ. ff. de pact. nulla datur antinomia. (dere nequit.

65. Debitor invito creditori particularē solutionē obtinet.

66. Condictio furtiva in heredem furis in solidum nō datur, sed tantū eatenus, quatenus ad eum ex re furtiva pervenit & locupletior factus est.

67. Excipiens cōtra testes in iudicio obijciēdo ipsis peritium falsum &c. si id probare non possit, injuriarum actione conveniri potest.

68. Injuriator hac exceptione, quod objecta crimina ab alio audiverit, atque ita autorem suum indicare ac laudare possit, das er seinen wehrman habe/ se defendere nequit.

69. Pactum, quo duo ad mutuam torturam sustinendam, einen zugymb den andern zuseiden/ & innocentiam suam probandum se offerunt, de jure validum non est.

70. A principe malè informato ad eundem melius informandum appellare non licet.

71. Feudum hereditarium illud rectē dicitur, in quo succeditur jure hereditario, non ex providentia juris feudalis, sed ex dispositione juris communis. Feudum verō ex pacto & providētia, in quo succeditur jure sanguinis secundū providētia juris feudalis.



72. Ethujusmodi feudum ex pacto & providentia in dubio præsumitur.
73. Præsumitur quoque in dubio feudum antiquum.
74. Feudum emptum est feudum improprium.
75. Feudum Nobile illud dicitur, quod concessum est ab habente potestatem & voluntatem nobilitandi.
76. Dominus feudi feudum novum jure feudi antiqui, Nach art vnd eygenschafft eines alten Stamlehens/ concedere potest. Contra autem feudum antiquum non potest concedi ut novum, die alte natur vnd eygenschafft eines Stammes Nahmens oder Linien lehens mag nicht dem dritten zum nachtheil verkehret oder verendert werden.
77. Feudum masculinum, Germanis ein Manslehn/ illud dicitur, quod à maribus ortum habet: & foemininum, Germanis ein Weiber oder Rinefellehn/ illud dicitur, de quo mulier primùm investita est.
78. Minores absque tutorū vel curatorū consensu nec novum feudum accipere, nec vetus feudum renovare possunt.
79. Actiones tunc demùm in feudum dari possunt, si causam successivam exercitiumque remeans habeant.
80. In rebus mobilibus nec feudum improprium sub cautione constitui potest. (ligitur.
81. Castro in feudum concessio jurisdictionis concessio non intel-
82. Quod idem de territorio in feudum dato affirmandum videtur.
83. Abusivè investitus alij de re eadem investito & in possessionem missio præferendus est.
84. Investitura de feudo vasalli adhuc viventis sub conditione mortis ejus facta valet.
85. Subinfestatatio etiam pro pecunia facta firma est.
86. Pater vasallus de feudo novo in præjudicium filiorum suorum testari nequit.
87. Foeminae remouentur quoque à feudo empto.
88. Qui patris hereditatem repudiavit, aut eam se abstinuit, in feudum succedere nequit.
89. Legitimus per subsequens matrimonium in feudis non succedit,
90. Fœ-

90. Fœmina semel exclusa semper exclusa cœsetur. Quod etiam procedit, si masculus ille, qui fœminam excluserat, mox post patris mortem decesserit.

91. Thesaurus in fundo feudali inventus inter Dominum & inventorem dividendus est.

92. Vassallus de feudo in scio Domino transigere potest.

93. Et rem feudalem locare: modò locatio non sit fraudulenta.

94. Non vero hypothecare.

95. Vassallus viduam Domini stuprans feudo non privat.

96. Nec feudum Domino aperitur, quando vassallus sibi ipsi violentas manus intulit.

97. Feudum propter feloniam à vassallo commissam amittitur demùm sententiâ iudicis subsecutâ.

98. Feudum penes Dominum propter culpam in eum commissam delatum non perpetuò, sed usque ad mortem vassalli delinquentis tantùm manet.

99. Quod in *tit. 5. aur. bull. Car. IV.* dicitur, quod Imperator coram Comite Palatino Rheni, iudicio tamen in curia ipsiusmet Imperatoris constituto, conveniri possit, in causis sive litibus feudilibus inter Imperatorem & vassallum motis locum non habet.

100. Quod in eodem *tit. 5. aur. bull. Car. IV.* de feudorum collatione dicitur, illud ad litium exindè dependentium cognitionem extendendum non est.

## COROLLARIUM.


*Quemadmodum saluus conductus in se liberum accessum, ita etiam liberum recessum continere debet. Quod tamen tantum intelligendum est respectu violentiæ, quæ de facto infertur.*


SOLI DEO GLORIA.

Strassberg, Diss., 1623-26

X2617020

WDMX





B.I.G.

Farbkarte #13

A

~~XXX~~  
427

NVM  
SARUM  
VETVDINI.  
EPRÖM-

14

1624, 3.

PTIMO  
SIDE

lissimi & Amplissimi  
gentoratenfium

ugnandam

artij,  
tinuandam itidem

RVNNE

DERTZ,

8

